

Ingenioque loci fisis numeroque suorum,
Abjecit clypeum tamen, ac tormenta virosque
Frendentesque minas in vili perdidit agro,
Parvaque claratas aquavit Luzia Cannas.
Atque utinam prelio non & victoria tanto
Constaret, nigris neque iaurea mixta cupressis
Amisso hinc victos omnes absolveret uno!
Nunc jacet augustum semper caput, unica nostri
Servitii mora, cunctorum tutela salusque,
Rex cui nulla parem tulit atas, nulla secundum.
Hoc damnum tamen, hanc cadem, quod possi-
mus unum,

Fortibus infracta mentes pensabimus ausis,
Iurataque fide, qua nunc viduata suarum
Hactenus urbs legum prisco vebut ante decori
Restaurata nitet, servire timentibus ipsis
Qui patria nobisque gravem indixere catastam.
Quare, non illa quam fecerat ante ruina
Murorum, at portis bene ja famulantibus intrat
Egregius juvenis, rerum spes maxima, victi
Par oculis victor, nec qualem dura minantem
Cuncta modo fibris acer Teubrezius imis
Horruit, & leges sensit sibi ferre magistras.
Illum Mars positus quo ritu agit otia bellis,
Et pia Relligio, & semper nova pondera questam
Liber-